

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. III. David edit virtutum specimina.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

Quartò Directus est spiritus Domini in David. Hic Dei mos est; instrumentis utitur plerumque minus ad rem idoneis, ut ingenium pateat artificis. Quemadmodum scriba peritissimus sulfuratus sumi rædulas, & iis pingit pulcherrimè: ita Christus suis legibus subiecturus orbem, duodecim pescatores elegit, & orbis impietatem per eos expugnat. Nimurum hoc agit Deus, ut liquidò sciat, hæc opera potestatis esse divinae, & ut fastidius homo, quo Deus utitur instrumento, nullum sibi arroget nomen magisterii. Nihil modice sunt vires nostræ, si suas Deus subtrahit. Ridiculè superbis aqua bajulus de cibis à se bene coctis, cum cocum non aliâ re, quam haurienda aquâ juuerit. Deus est, qui coquit, nos viles homunculi aquam apportamus; atque hoc ipsum non nostris viribus. Quod Augustinus eruditè confirmans: *Qui in nobis, inquit, vivi sumus, in illo vicimus: ergo coronat, quia coronat dona sua, non merita tua.*

Potuisset tergiversari David, & excusando se dicere: Hanc ego sublimitatem nunquam somniavi; opilio sum, oves scio pascre, non homines; ad pedum, non ad diadema & sceptrum natus sum; me tegetes & rude fabanum magis ornant quam purpura: bonum est mihi sublimia non tentare. Sed responserit Samuel: Tu sine modò, sine, & divinæ voluntati te da: quodcepit Deus, finiet. Tu tamen nunquam obliviscaris ex humili & vili loco ad istud fastigii divinis te viribus evectum. Certe oblitus non est, qualis fuerit, quantus fastus sit. Hoc ipsum rebus sacris carminibus inservens: *Quis sicut Dominus noster, inquit, qui in aliis habitat, & humilia respicit in celo & in terra? sustentans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem: ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Elegit David servum suum, & sustulit eum de gregibus ovium, de post fræntes accepit eum.* Qualescumque simus, quanta-cunque patremus, è colluvie ac squalore producimur à Deo. Quod David altâ memorique mente reposuit. Et in hunc directus est Domini spiritus. Si quidem illi copiosiorem subministrat gratiam Deus, cui ampliorem provinciam, cui difficiliorem committit præfecturam. Bonus ac liberalis Dominus, qui & officium credit, & unâ vires suggestit officio ex-plendo. Non raro contingit, ut ei deferatur munus, qui se planè judicat eo indignum, & inhabilem. Huic plerumque rectè suadetur: Sequare vocantem Deum, sustine hoc munus mi homo, & fide Deo. Cum Deus tibi dederit boves, dabit & presepe boüm; cum ingredit labores, sufficiet & vires; cum imponit onera, addet & subfida. Hic Domini spiritus non prius Davidi datum est, quam jus ad regnum.

Quintò hæc exponendum illud sacri carminis: *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis (omnis affectiōnis) ejus.* Vide et obsecro initium hujus regni adversa plurima. Ipse Davidis parens Iſai in hac electione filium suffragio non juuisset, immo verò etiam impediisset, si ei liberum fuisset. Contemptim de illo dixit: *Aduic reliquias est parvulus, & pascit oves.* Perinde si dicaret: Nequam est ejus auctoritatis, functionis, extatis, ut cum dignitate fisti possit Prophetae, in regem ungendus. Et juvenis & ovium custos est. Idcirco David de seipso: *Adolescentulus sum ego, inquit, & contemptus, justificationes tuas non sum obligus.* Nimirum ante ruinam exaltatur spiritus, ante exaltationem deprimitur & incurvatur. Quandocunque Deus patratur est magna, præmittere solet adversa. A rebus turbidis rectissime fit gradus ad tranquillas. Ita parentes cum liberis ludunt, Myrensem Præfulem Nicolaum representantur crepundia donant & pupas, sed una jungunt & virgas. Ad magna nos evicit Deus, sed plerumque in igneo urentium ærumnamrum vehiculo. Dilucidè Christus: *Nemo est, inquit,*

*Tom. II.*

*qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, Marc. 10. aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Evan- 29. 43. gelium, qui non accipiet centies, utum nunc, in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus. Grata illa omnia & amena præter hanc unam appendiculæ nunc persecutionibus. Quid- In nostris quid agamus, hæc tristum & latorum mixtura est actionibus admittenda. Omnia, inquit Christus, quæ mei causâ tristum & perduntur, reddam centuplicato fenore, adjuncta- latorum mixtura men & persecutionibus. Premunt iste amicos Dei, esse debet. non opprimunt. Andreas Cardinalis Ferdinandi Ar- chiducis filius, hoc usus est symbolo: Cucurbitam aquis innatantem curavit pingi, & inscriptionem hanc addidit: *Iacob, non mero!* *Ærumnis variis ja-* catur! Bono animo; non mergemur! Bonum ma-lumve corium produnt pluviae; Bonum malumve hominem ærumnae.*

### CAP V T III.

#### David virtutum editæ specimina.

**M**iratur Orbis hodiisque Socratem non à fortunis, sed à scientiis æstimandum. Socratis parentis Sophroniscus Staturius, Phænæreta obstetrix. Davidis ortus humilis, Hi natales Socratis paupertini ac humiles. Non illi caner obstitit originis humilitas. Nam cò virtute ac sapientia peruenit vir iste, ut eum nemo non sapiensissimum æstimarit. Philosophi, tam iis, qui superiores avo erunt, quam qui inferiores, plurimum lucis præluxit. Errors se antecedentium correxit, sequentium sustulit. Illi cælum & terram dimensi, de sideribus, de elementis, de principiis disserbant, seipso non inspiciebant. De rerum naturis subtilia multa tractabant, definiebant, videbant, ratioceinabantur, acutissimè concludebant, libros implebant, sapientiam buccis concrepantibus ventilabant. At Socrates dux viæ primus: *Quæ vos aiebat, portiora prius cu- remus, & ab his digressi ingrediamur microcosmum, quilibet scipsum.* Ridiculum est de stellis disputare, cæli oculos noſſe, scipsum ignorare, ad sua vitia caecutire. Animi latibula omnium primò executienda. Atque hic Valerius maximus hoc encomii assignat Socrati: *Animum ab indoctis erroribus obductum in intima conditionis humana, & in secessum peccatoris depositus affectus furorari coegerit.* Certe si virtutis pretium non aliunde, sed ab ipsâ petamus virtutis optimus vitæ magister fuit. Alii docebant sapere, ille docebat vivere.

Davidis ortus humilis, natales parum clari fuerunt. Sed nihil ei obfuit prosapia rusticana, nihil eum impeditiv generis ignobilitas. Tantò clarior effulsi vir-tus, quanto tenuior erat stemmatis origo. Multò gran-diū est dignitatem generis, & amplitudinem paren-tibus tamen tibus dare, quam ab his accipere. Quod Chrysostomus obseruans: *Melius est, inquit, ut in te gloriantur pa-rentes, quam tu in parentibus.* Vnus de multis fuisset Iai, nunquam spectabilis, nunquam inclytus & in Orbe celebris, nisi hoc fuisset auctus filio, qui sapientia & virtute in eam excretit claritatem, ut multò po-tiori jure, quam Socrates, dici potuerit optimus vita. *Chrysostomus in Matth.*

**D**avid jam guidem in regem uncto, ad caulas tamen redeundum fuit. O qualis rex! pro dia-demate.

• XXX 3

demate petasum, pro sceptro pedum, pro purpura vi-  
lissimam gerit lacernā. Davidem à Samuelis undatio-  
ne ad pacendas oves colligit, è factis regis certum.  
1. Reg. c. 16. Saul enim à malo genio vexatus, mandavit Isai: Mitte  
v. 20. ad me David filium tuam, qui est in pascuis. Hanc David  
Fortitudi- primam habuit suæ virtus in thule, cùm arenam, hic  
nis Davi- fortitudinis admiranda dedit experientia, quæ cor-  
dis admi- randa ex- perientia. Quod affirmans Chrysostomus:  
perimenta. Diffidit illi rex, inquit, quapropter David facinora re-  
Chrys. hom. ferre cogitur, his omnino verbis: Pascet servus tuus pa-  
46. in Gen. trius sui gregem, & veniebat leo, vel ursus, & tollebat arietem de  
Reg. c. 17. de ore eorum, & illi consurgebant adversum me, & appre-  
v. 34. & seq. hibebant mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos.  
Nam & leonis & ursi interfici ego servus tuus. Ex ipso  
loquendi modo sat constat, non semel tantum iterumq; id factum, sed spes. Et quām incredibile hoc  
Davidis robur? Non canibus, non lupis, sed ursis &  
leonibus robustissimam animositudinem suam obicit,  
neque has feras lapidibus solèm fugavit, sed duellum  
cum iis init. Et quod mirius, non cas venabulo, non  
faris, non spiculo, sed inermi manu exarmavit, &  
confecit. Fortitudo ingens, obstupescenda.

Hanc admiratus Siracides: Quasi adeps, inquit, sepa-  
ratus à carne, sic David à filii Israël. Cum leonibus lufit quāsi  
v. 2. & 3. cum agnis, & in ursis similiter fecit sicut in agnis ovium in  
juventute suā. Tam hoc Davidi non difficile, quām ex-  
excitatissimo venatori, qui aprum ioco configit. Hoc  
potuit spiritus Domini directus in David. Atque hæc  
Sauli regi fuerant necessariò narranda, alioquin pa-  
storitus ille juvenis ad pugnam cum Goliatho neutrī-  
quam fuisset admissus. Hæc verò David jam undctus  
rex, etiamnun tamen opilionem agens patravit in-  
credibili fortitudine.

Davidis  
pietas &  
erga Deū  
devotio:

Ejus porro pietas & singularis in supremum Nu-  
menem devotio, in eo sele potissimum exercuit, quod  
non patula sub tegmine fagi recubans totos soles in-  
erti otio combusserit, sed sedulum scriptorem, inge-  
niosum sacrūmque poētam egerit. Nam psalmorum  
partem in agris compositum, & eos ipse aut voce alsa, aut citharā admotā cecinit. Sicut in urbibus nostris  
tibus phonaſci, opifices diversi, pelliones, arcularii,  
fabri, marsupiarii, linteones inter laborandum fin-  
gunt, canūntque, dein festis diēbus publico se com-  
mittunt, & ludos musicos instillunt: ita quæ David  
in pratis & silvis sacra carmina meditatus sibi suisque  
ovibus cantabat, ea nunc in templis omnibus cantant  
Christiani. Quamvis neque tunc quidem silvestris &  
sacra Davidis musica latuerit. Innotuit hoc canendi  
studium in aulâ regis & sermone celebratum est. Iure  
merito. Nec enim aniles fabulas, aut apinas affanias,  
aut priscorum somnia, aut lascivias fabulas sibi sum-  
pliciter cantandas. Quod sensit, hoc & carmine effinxit,  
de Deo, & laudibus divinis omnia. Hæc Davidis pie-  
tas, & in Deum fuit religio.

Cum Deo  
familiaris-  
ta:

1. Reg. c. 16. Hinc nota suavis cum Deo familiaritas. Hoc enim  
laudis in aulâ regis habuit, ut unus aliqui aulico-  
rum diceret regi: Ecce, vidi filium Isai Berthelemitem,  
v. 18. scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum,  
& prudentem in verbis, & virum pulchram, & Dominus est  
cum eo. Idem laudis obtinuit Ioseph Ägypti prorex:  
Gen. c. 39. & Fuitque Dominus cum eo. Habuit David sat temporis  
v. 2. ad colloquendum cum Deo, & locus mirificè arcana  
Cui tēpus & locus  
favebant. hæc alloquia juvabat: nam cum ovibus loqui non  
poterat, humanas illic locorum voces non audiebat,  
ita spiritus Domini cum Angelis eum, & cum Deo  
loqui docebat. Hinc arta cum Deo conjunctio, &  
suavis societas. Nihil in Orbe dulcius præ ista cum  
Deo familiaritate. Dulcissima ea est, sed experio. Experi-  
re, mi homo, ac gusta, & mecum senties. Homo  
Deo familiaris nunquam solus sit, nunquam ex-

' A tra omne gaudium est. Nam et si vel in Phalaridis  
tauro sit, hoc illi tamen erit gaudio, secum habere  
Deum. Sed ego hic verbis temporo. Quām suave,  
quām beatum sit Deo familiarem esse, experiri pos-  
sumus, verbis eloqui non possumus. Hos animi sen-  
sus dulcissimos humana facundia nunquam satis de-  
scripti. Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. Psal. 33. v.  
Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.  
Iacob. 4. 8.

## §. II.

Quemadmodum verò spiritus Domini Davidem  
suaviter asserit, ita impium Saulem deseruit. Quod 1. Reg. c. 16.  
fasti regii clarissime testantur: Spiritus autem Domini v. 14.  
recessit à Saul. Saul velut degeneri filio jam repudiat Deus sub-  
to subtraxit Deus spiritum principalem illum regi-  
bus necessarium, spiritum sapientiae ac fortitudinis, sapientie  
concessitque cum Davidi. Ab eo tempore Saul ni- & fortitudi-  
hil egregii facinoris patravit. Qualis autem rex fue-  
rat, talis & exercitus illius, timidus, imbellis, effe-  
minatus; unici hominis Goliathi vox fugavit om-  
nes. Numirum totis castris Saul metum infudit. Tan-  
ti militia dux est. Et recte dicere solebat Chabrias  
Athienicus dux clarissimus: Terribiliorum exercitu-  
m esse cervorum duce leone, quām exercitum leonum  
duce servo. A prudentia ducis & fortitudi-  
ne pendet maximam partem eventus belli.

Saul igitur spiritu meliore destitutus à maligno est  
occupatus. Ecquis enique malignus hic, & nequam  
spiritus? Priscone patrum sententia est, a malo dæ-  
rone fuisse inseßum; appellari autem spiritum Do-  
mini, quod à Domino sit missus. Quod Gregorius v. 15.  
confirmans: Idem spiritus, inquit, & Domini appellatur, spiritus  
& malus: Domini per licentiam justa potestatis, malus per Domini  
desiderium male voluntatis. Enimvero palatini famuli  
Saulis, utcunque oris liberi: Ecce, inquit, spiritus 1. Reg. c. 16.  
Dei malus exagit te. Iubeat Dominus noster rex, & servi  
tui, qui coram te sunt, querent horinem scientem psallere  
cithara, ut quando arriperit te spiritus Domini malus, psal-  
lat manu sua, & levius feras. Quis quoque huic culici di-  
xit musicā fugari demones? Priscone notissimum, ani-  
mimi morbos modis musicis juvari. Multa in hanc rem  
Plutarchus narrat. Terpander quem comesta fucus  
suffocavit, seditionem inter Lacedæmonicos conci-  
tatam, musicā sedavit. Thales Cretensis pestem Spar-  
tae graſſantem musicā compressit. Graci deliberationem  
habitu de rebus maxime feris cantum Do-  
rium sæpe adhibuerunt. Ab aliis ad alia Phrygius,  
Asius, Lydius, Gygius est adhibitus. Pythagoras  
cū fortè in homines ebrios tibicini adambulantes  
incidisset, exempli cancre Dorium jussit, quā cantus  
mutatione ita crupulam discusserunt, ut corollas  
capite detraxerint ad majorem fese modeftiam com-  
posituri. Caffiodorus vini musicae in morbos adin-  
randam oratione uberiori explicat. Quid porro auxiliū & opis musica ferat ad fugandos demones, Fran-  
ciscus Valesius Philippo II. Hispaniarum regi medi-  
cus, in Philosophiā sacrā quam scriptit eruditè docet.

Iesseus David in aulam regiam accitus est, non so- David  
lum ut musicus eximus, auditore regi dignus, sed musicus  
etiam ut poëta & psalter sacer, qui non suavibus tan- eximus,  
tum, sed & doctis pīisque modulis laborantem regem  
refocillaret, quod David eximiè præstitit. Quis sele  
non optaverit hic auditorem, qui sacros modulos il- refocillare,  
los perdius & pernox audiret? profectò David ab au- tegem.  
licis adeò commendatus regi, quām primū vocatus  
est in regiam. Davidis pater Isai, ne quid pataretur  
officio suo deesse, panibus oneravit asinum, addidit  
vini lagenam & hœdum, misitque per manum filii sui  
David Sauli. Hoc avi more fecit Isai. Tenuit quidem  
istud parūmq; magnificum, sed castis non ingratum  
fuit

Gn. 143. fuit donum. Quemadmodum Iacob Ægyptio principi vicem muneris aliquid nelli, resinæ, floracis, stætes, terebinthi & amygdalarum misit. Sic Artaxerxes aquam è flumine haulta cavis manibus in donum oblatam aureo craterrecepit. David igitur cum munieribus, quæ parentum fortunæ non nimium opulentia submiscent, advenit. Mox placuit novus iste famulus, qui suam operam quam primum insigniter probavit, regiisque morbum fidibus felicissime mitigavit. Et dilexit eum rex nimis, & fatus est ejus armiger. Sic honestum morbo quæsum est pallium.

Interim turbabant Philisthei, & moverunt arma in Hebreos. Eâ occasione tres Davidis fratres milicæ dederunt nomen sub regi signis stipendia facturi. Iamque ingravescens bellum missionem impetravit Davidi. Abiit itaque David, & reversus est à Saul, ut pasceret gregem patris sui in Bethlehem. Sed, cur famulus tam charus tam citò permisus est dominum redire? Iosephus aliquid allegans cauſæ: Noluit Saul, inquit, in bello tam serio & periculo videri querere delicias, & alere fidicines ac citharœdos. Acutius hoc dixit Iosephus quâni verius. Resita habuit. Saul in eo morbo variabilis & morosi pro�is ingenii fuit, hinc juvenem prius charifissimum fastidire, & rejecere. Hunc deinceps lusum Saul cum David lusit assidue. Nam eum modò vocabat filium, modò ut hostem capitalissimum insectabatur, uti quibusdam dominis lunam pectora gestantibus servi modò aurei, modò argentei, modò vix sunt plumbei. Sat causarum habuit David cur aulâ exiret. Sibi suisque meditationibus inter turbas aulicas non perinde, ut inter oves, & in solitudine vacare poterat: ad illam ergo voluntib[us]que rediit. Hic tria singularius observanda.

## §. III.

Honora  
nhumili-  
mum  
in Davide  
la Christo  
Dei filio. P rimum Honorata Humilitas. Iesu David jam rex electus, dictus, iussus, pronuntiatus, & unctus, ad oves tamen pascendas jam secundum redire cogitur. Quem fata tam rigida non mordent? Sed videte Christum Dei filium, Orbis Servatorem, Messianum verum non ad suaviora natu. Vix enim in auras prodiit, mox à rege pediculoso Herode Ascalonitâ in fugam agitur. Perinde si Pater è cælo proclamasset: Mihi placidè hoc feras. Mei filii non molliter habendi, sed adversis & calamitatibus sunt durandi. Humilis principis crescendum ad magna. Haec ego semper meos ad paradisum duco, hic meus est mos, hic spiritus meus est. Vivit etiamnum vigetque hic spiritus inter principes, reges, & reginas. Magdalena Ferdinandi I. filia, regina amplissima, quæ regiam Halensem dominum sacris legibus & possessionibus condidit, solebat dicere: Sunt in omni statu & ordine probi, improbi, Deus à singulis rationem exiget: mendicus postremissimus tam nobilem ac pretiosam habet animam, atque Imperator Romanus. Nec à verbis diverterit facta. Nam illa ipsa inter suas virgines ita se gescit, ac si omnium esset infima. Vilissimam quamq[ue] operam non abhorrens lances eluere, tergere, in horto steriles herbas vellere, sordidas bestias ex arboribus decerpere, fila ducere, lanam carpare, pensum facere, herbulas & flores legere, igni elquare, telas linteas lotas componere. Eadem Serenissima regina dictabat quandoque, si parendi ratio non obliteretur, & suppetenter vires, velle se etiam panes pinsere, ac pecus curare. Hinc nunquam otiosa, semper aliquid operis, quod Hieronymus monet, factitabat, ne unquam à diabolo inveniretur non occupata. Cum gravior defuit occupatio, inter suas virgines pomis, pyris, rapis corticem detrahere non cusebat. In ancillam sponte famulabatur regina. Spiritus Domini compellit ad humilia & abjecta,

A idè rex noster, jam sacro balsamo delibutus ad pacandas oves remittitur idè jam palatinus citharoedus, jam phonacis aulicus, jam Saulis armiger, ad 1. Reg. c. 17. peccus tam iterum ablegatur: Reversus est David à Saul, v. 15. ut paceret gregem patris sui in Bethlehem. Nemingm contaminat humilitas & suorum affectio.

Alterum, Dicendi Libertas. Palatin famuli Saulis 2. Dicendi libertas: ore satius liber: Ecce, inquit, spiritus Dei malus exagitat te. Ita scie res habent, rex potestissime, nec enim negari hoc potest, genius matutus te torquet. Fuissent, qui blandissime dixissent, non esse nisi atram bilem, seu paulli graviorem melancholiā, cui facile sit mederi. At aulici isti nil tegunt, nil dissimulant, apertam in os veritatem ingerunt, spiritus Dei malus exagitat te. O mi bone Deus, quanto sancti gubernatur Orbis, si candidius aperiatur veritas. O magni principes, ô reges potentissimi! Non est qui vobis, non est qui puram putam propinat veritatem. Tegunt, facant, comunt, dissimulant, centum larvis veritatem obvelant vestri Laudenses & Placentini: & vos uni alterique haec monenti non creditis. Obscurus, penitulatius cogitate illud Dracul: Egregiar & ero 3. Reg. c. 22. spiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus. Et dixit v. 22. Dominus: Discipis, & prevalebis egredere, & fac ita. Et facit ita, etiamnum quotidie. Sed discriben est hominum veritatem pingentium & palliantium. Putant Discrimen inter ho- aliqui veritatem dicere, sed putant tantum, non dicentes ve- mines ve- cunt His mederi difficultatum. Alii satis notant, quâni ritatem veritatem laudent, sed istud sibi, suisque credunt esse pingentes & palliantes.

Ita , etiamnum quotidie. Sed discriben est hominum veritatem pingentium & palliantium. Putant inter ho- aliqui veritatem dicere, sed putant tantum, non dicentes ve- mines ve- cunt His mederi difficultatum. Alii satis notant, quâni ritatem veritatem laudent, sed istud sibi, suisque credunt esse pingentes & palliantes.

fallaci. Hos tales Epicetus umbras conferit, quæ suo se corpori ad omnem motum flexumque accommodat. Hi Protei cœsilia sua fortuna applicant, & ad omnem illius motum se novent. Vicinus est ventus, Euauus di- ex in velum veritatis. His virum unum feminamque sub sum.

C aspectum pono. Cœcus, qui oculorum diem à Christo In cœco à recepit, audacter prostrus cum Phariseis dif- Christo putavat, quos etiam irretiit, implicavit, convicit veri- curato. Nam ab his crebrius interrogatus: Disti vobis jam, Ioan. c. 9. v. inquit, & audiisti, quid iterum vultus audire? Nunquid & seqq. vos vultus discipuli ejus fieri? In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis, unde sit, & aperuit meos oculos: scimus autem, quia peccatores Deus non audit, sed si quis Dei cultor est, & voluntatem ejus fecit, hunc exaudit. A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cœci nati. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquam. Hæc libertas hominis plebeii & illiterati, quorū viros magnos, quorū senatorēs palatinos, quorū adulatorēs aulicos dabit in ruborem, quorum omnium hoc principes est negotium, larvam aptare veritati, quâni formolissimam. His lyncibus multo fuit ocularion ille cœcus, quem Pharisei quidem eliminârunt è synagogâ, at Christus foras ejetum humanissime solatus: In judicium, inquit, ego in hunc Ibid. v. 39. mundum veni: ut qui non vident, videant; & qui vident ce- ci fiant.

Huius viro ex animi sententia liberrimè loquen- In feminâ ti adstituimus feminam illam, quæ, dum Scriba dum Chri- flus à Scrit- ac Pharisei Christum calumniis lapidarent, ore li- bis & Pha- berrimo proclamavit: Beatus venter, qui te portavit, Luc. c. II. & ubera, que suxisti. Ingens hæc oris libertas fuit, luminiare quæ quâni copiosus Dominus IESU M PRÆDI- U. 27. cavit, tanto refutavit animosus Domini IESU ca- lumiatores. Ut rimque laudanda, & ob Christum Quæ in liberè laudatum, & ob Christum hostes sine for- midine perfrictos. O Veritas, quid es, ô bona laudanda. Veritas! Illa Pilati questio: Quid est Veritas? ad Ioan. c. 18. hoc pendet sub judice. Plurimis deformis mon- v. 38. strum est veritas, nam eam centum tegunt centonibus. O bona Veritas, quâni ubique aut malo, aut nullo admitteris hospitio!

*3. Suavis  
providen-  
tia Dei,  
erga Da-  
videm.*

*Psal. 131.  
v.1.*

*Qui labo-  
res & mo-  
lestias hor-  
reter in terra,  
quād dul-  
ce sit esse  
regem in  
celo igno-  
rat.*

*David se  
ad certa-  
men con-  
tra Goli-  
athū offert.*

*2. Cor. 4.  
v.4.*

**S**unt qui amiantur ueste quād vili ē panno, corio, tētā, lino gossippino, quia tamē ea uestis ad modulum corporis est valde habilis, tamē holose-  
ritāc non emuntare eātā quamvis vilissimam. Nam etiā quis uestem sericam, pīctam, atralicam habeat, ea tamen corpori non respondet, plus aequo laxior vel certè strīctor, non apta membris, rejicitur. Ideo saepē molestissimum est deponere uestem obsoletām, non quia pulchra sit & nitida, sed quia commoda. Hinc Tarensis Paulus appositissime satisfacit hīc quæstiōni: Cur, obsecro, tam inviti morimur, cur onus corporis miserabile tam agrē deponimus? cūm sciamus, & vñd̄ etiā credamus millies ēsse melius, in celo eternū vivere, quād in terra affidū morimur. Ad ista Paulus: Ingemīamus, ait, gravati, eō quād nolūmus expoliari, sed supervestiri. Assuevimus huic vitæ miserae, hinc miseras ipsi nostras amamus.

Cum audisset David, uniuersum agmen Hebreūm à gigante Philistæo provocari ad pugnam, nec unum aliquem ex omni numero reperiri, qui solū audeat in duellū cum Goliatho congregari; cūmque etiam auditione percepisset, victori præmium engens sponderi, animo fissimè ad hoc certaminis obtulit seipsum. Germanus quidē frater Davidem acriter objurgavit, sed & Saul istam animositatēm vix penſi habuit, ac cūm David instituisse narrare regi, quibus præliis ursos & leones exarmasset, rex denique afflensus: Ergo fortunam, inquit, tentemus; meā te cataphractā, meis armis vestiam. Et vñd̄ etiā vestiri coepit David thorace ac lorica regiā. Sed cūm incensus & agilitas videbentur impediri hac armaturā, David eā rejeçtā, subsidium à paſtoritis sibīque uſtatis armis petiit. Hoc ergo capite dicemus, quā ratione David in Goliathum fuerit armatus.

### §. I.

**B**ello Philistæo, quod Israēlis populus adversus idololatrias gefit, memorant facti regii virum

Tertium, Suavis providentia DEI. Voluit Da- videm Deus Aulicum aliquamdiū agere in aula Saulis, idque ante occupatum regnum, ut ita sensim disceret, quā suo se tempore gerendis rebus applicaret, ut plurimū sibi conciliaret benevolentiam, ut sciret, quā partē petifīs Aulici laborarent, ut per adversa variātāque infidias ad sublimitatem regni elūctaretur. Vult nimis Deus, ut ad solium aureum, sed per gradus ferreos ascendamus. Eundum, o Christiani, per spinas, ut perveniamus ad rosas. Memento Domine David, & omnis mansuetudinis, & omnis afflictionis, ejus. Quod si David tot tantisq; calamitatibus erat exercendus, ut caducum, mortale regnum, denuo perendum acquereret: O quanto justius nobis asperima quād toleranda, ut æternū, immortale, regnum beatissimum assequamur. Ignorat quād dulce sit esse regem in celo, quād labores & molestias horret in terra. Astrologia vaticinum est, si Martius sui principio se lupum gerat, in ovem definet, & quanto anterior & immittior est hiems, tanto serenior & faventior erit aestas: ita profus tanto nobis futurū regnum erit suavius, quād nunc acerbior est nostra servitus; per miseras & ærumnas ad immortales itur delicias; per veprēta tendimus in paradisum, per lacrymarum vada transi-  
tus est ad æterna gaudia. Eia alacriter & animosè, brevissimum est iter, itineris terminus regnum immortale, felicitas nunquam destituta.

### CAP V T. IV.

#### David in Goliathum armatur.

A immanis staturā omnibus incusisse terorem. Effigiem gigantis hanc proponit sacer historicus: *Et egredius est vir spurius de castris Philistinorum nomine Goliath, de 1. Reg. 17. Gerh, altitudinis sex cubitorum & palmi: & casis arca super caput ejus, & lorica hamata induebatur. Staturam viri vulgarem pñne altero tanto excelsit; insuper valentissimus, miles expertus, audacissimus. Terroris formidandum speciem auxerunt arma ferrea, cassis, lorica, occrea, hasta, scutum. Lorica quinque millia sclo- & qualia, rum æris habuit. Si minorem sumamus scutum, five, unciam dimidiam, & uncias duodecim pro librâ, libras ducentas octo & tertiam librâ partem, seu duo ferri centumpondia in unam hanc loricam infumpta dicendum: ferramentum hastæ viginti quinque libras ferri æquavat: hasta quasi licitorum texentium: ipsa quoque tibialia erant ferrea. Hinc æstimanda ce- tera, hinc conjectandæ vires, quād tanto pondere furent pares.*

Hæc giganthæ moles tam regi, quād toti exerci- Goliathus tui terrem maximum incusit, si quidem Goliathus provocat stans clamabat adversum phalangas Israēl, & dicebat eis: *Quare venisti parati ad prælium? Nunquid ego non sum Philisteus, & vos servi Saul?* Si quis unus ex omnibus ardenter est ardenter animi, in arenam prodeat, & componi mecum sustineat. Si vicerit me, perpetuis tributis serviemus vobis: victus, in servitatem nobis vos tradet. Adsit, qui animo manuque valet. Audiens autem Saul & omnes Israēlitæ sermones Philistæi hujuscmodi stupebit & metuebant nimis. Ipse au- Ei judet tem Goliathus apud suos superbissimè se jactans: *Ego, iudicatio, & quid, exprobri agminibus Israēl hodie, date mihi virum, & meat mecum singulare certamen. O dedecus, & ô Phrygiae, nec unus unicū est repertus, qui vir esset, qui animo non tremerer, & congregari auderet. Omnia virtus ingentibus promissis evocabatur. Victori statuebatur præmium Virgo regia, Saulis filia in conjugem, immunitas, insuper ab omni tributo in omnem victoris familiam. Nec tamen ullus totis quadraginta diebus prodiit, qui cominus iret in gigantem.*

Interim Hæi vir nonaginta duorum annorum fi- David lium David in castra misit, ut tribus fratribus panes mititerat & polentā, tribuno militari decem casculos deferret, fratres in una etiam videret, quid rerum fratres agerent, ad quæ castra. Sermo omnium erat: *Virum qui percussit eum, ditabit rex divitias magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris.* Hic David ingenti animo: *Quis iste, inquit, Philisteus est, idolorum cultor, jactator insolentissimus, qui tantos audeat sibi sumere spiritus, & aciem Dei provocare? Hoc audiens maximus natu frater Eliabus, in David effusā bile: Quare remisi, ait, & cur oves pauculas deseruerit? jam ibid. v. 22. pridem mihi nota est superbia tua, & curiosità tua, ut videres prælium, accurristi. Cui David, Quid ver. 29. denique, ait, deliqui? Sed iram fratris declinandum Ad duellū ratus, aliorum circulis se inseruit, & promissis præmiis cum gititerum iterūmque narratis, plenus animo leipsum gane obtulit ad duellū cum gigante ineundum. Hæc offert, continuād ad regis aures fama detulit. Confestim Da- Sauli regi vid regi fistitur, qui animo fissimè priora repetens: fistur, Non concidat cor cuiusquam in eo, inquit, ego seruus tuus va- 1. Reg. 17. dam, & pugnabo adversus Philistheum. Cui Saul: Non va- v. 32. les, ait, resistere Philistheo isti, nec pugnare adversus eum, 1. Reg. 17. 31. quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia suā. Hic*